

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**De locis ac mirabilibus mundi, mit Register**

**[Nürnberg], 1486**

Ca XIII

[urn:nbn:de:bsz:31-129620](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-129620)

co hesperie dicte sunt. quod greci hespero stella nauigent in ytaliam & hispaniaz. Que hacratione discernunt: aut hesperiam solaz dicis & significas ytaliam aut addis vltimam & significas hispania q̄ in occidentis est sine. Actor. Inter omnes aut europe regiones occidentales ytaliam obtinet principatum. Inlulas em̄ habet nobiles & portus maris insignes puincias cunctis diuitiis locupletes. Cuius populosissimas. Est aut contra septentrionem altissimis alpibus circūdata & montium iugis ex quibus oriuntur flumina: rhenus: danubius: rhodanus & secana. Isidorus. Tuscia pars ē ytalie. vmbria vero pars tuscie. Actor. Tuscia italie est puincia inter ligures & romanorum territoriu n̄ collocata que difficilibus montiu iugis & accessibus locos valde altis et artis fortissime est munita. a thuris frequentia dicta. Nam in illis ptibus in mortuoz exsequiis antiqui thura cremare & offerre religionis & deuotionis gratia solebant & suos mortuos affectu lacrimabili deplangebant. Thura etiā in aris deo potissime i cendebant. quia vt dicit in tuscia ars auruspici primus est reperta. Hec & Emilia fuit primitus nominata: habens inclitas et nobiles ciuitates ab occidente cōtra liguriā habet pisanam & senas: lucā florentiam: Contra septentrionem vrbem veterē. cōtra orientem aretium: contra meridiem turthonam perusium & assisium que valli Spoletani sunt contigue & vicine. Habens ab oriente mare adriaticū. & marcbiam. A meridie tyberim ripam & romaz. ab occidente mediolanensem: liguriā. A septentrione romaniolam & puinciam paduanā. Isidorus. Vmbria vero vt historienarrat ab eo q̄ tempore aquo se cladis imbribus supfuerit. & ob hoc vmbria grece cognominata est. est em̄ in iugis appennini montis sita in pte ytalie iuxta meridiem. Etruria pars ē ytalie: dicta q̄ eius fines tendebant vsq; ad ripaz tyberis: quasi altero soroy: nam alteroys: significat altera. soroy finis vocat: Rome em̄ fines antea vna tā tū tyberis ripa tenebat: hec & tuscia. Tuscia autez a frequentia sacrificii thuris dicta est aslotho yethice illic & aurispiciam dicunt reptā. Apulia est vbi brūdusium quā etholiolim secuti diomedem ducē condiderunt. Actor Apulia est regio marittima in ytaliam que pars est europe ab insula sicilie p̄ maris brachium sepata: terra siquidem est multum populosa auro & argento referta: frumēto: mero & oleo opulenta. ciuitatibus nobilissimis inclita: castris & oppidis pmunita frugibus & diuersi generis fructib; fertilis & secunda: finis est europe contra meridiem que solo mari a barbaria est diuisa: fontes dicit habere calidos infirmis prebentes sanitatē & medicinam. Metropolis aut illius regionis brundisium dicitur quam greci quondam edificauerunt. A brunda grece quasi caput cerui latine. Isidorus. Campania puincia ytalie: habet terras hyeme anni atq; estate vernantes: et sol ibi mitis: grata temperies: aer purus & blandus. Actor. Campania est ytalie puin-

cia inter romanū territorium & apuliam collocata. Cuius metropolis quondam fuit capua a Siluio rege albanoz exacta: a capacitace sic dicta eo q̄ eius terra omnē fructū vite capiat: vnde & caput ē campanie cuius adhuc due maxime sūt ciuitates. s. Roma & carthago. Ex hac etiā aliquando tota puincia ytalie campania fuit appellata: plures alias habz ciuitates famosas locupletes & populosas: sicut Neapolim & Pontcolim.

Adhuc de eodem. CA. XIII

**G**Allia dicta est a candore populi: galla em̄ grece lac dicit. Mōtes em̄ & rigor celi ab ea parte solis ardorem excludunt: quo fit: vt candor corporum non coleret. Cuius initiū belgica: finis germania est aquitania ē regio glebavberiacapulosa & ad vsum animantiū apta. Fluminibus quoq; & fontibus irrigua pfusa duob; magnifrenō & rhodano fluuiis. Belgis autē ciuitas est gallicia qua belgica puincia dicta est cisalpina: quia cōtra alpes transalpina: id est trans alpes contra septentrionem. Rheatinavero q̄ sit iuxta rhenum. Aquitania aut ab obliquis annis liguris fluminis est appellata: qui ex plurima parte terminus eius est: eam q̄ pene i orbem cingit. Actor. Belgica dicit gallicia puincia. Ab oriente vt Orosius dicit: habet germaniam siue flumen rheni. Ab euro habet alpes appenninas. A meridie puinciaz narbonensem in qua ciuitas arelatensis sita est. Ab occasu puinciaz lugdunensem: A circio oceanū britanicū A septentrione britanicā insulā siue angliā: Hec regio in frugib; & fructibus est secunda. Isidorus. Hispania prius ab hiberio amne hiberia nuncupata fuit: postea ab hispano als hispalo fluuio hispania cognominata est: Ipsa est & vera esperia ab espero stella occidentali dicta. Sita est aut inter affricā & galliā: A septentrione pireneis montibus clausa: A reliq; ptibus vndiq; mari condusa: salubritate celi equalis: oim frugū generibus secunda: gemmas metallorumq; copiis ditissima. Interfluūt eā flumina magna Betis mineberis & bagus: aurū trabēs vt pastolus. Habet puincias s. tarraconesē: carthaginēsē: lusitanā: gallicia: beticā & transfreta in regione affricę tingitanā. Due sunt aut hispaie: Citerior q̄ in septentrionis plaga a pyrreico vsq; ad carthaginē porrigit: vltior q̄ in meridiem a celtiberis vsq; ad gaditanū fretum extenditur.

De affrica & regionibus illi. CA. XIII

**A**ffricā aut nominatā qdā inde existimāt: quasi apricā qd sit apta celo vel soli: & sine horrore frigoris: Alii dicit affricā appellari ab vno ex posteris abrahe de cethura qui vocatus est affer: de quo supra meminimus. Eadem & libia dicta est q̄ ide libis flat: hoc est affricus: alii aut epafum Iouis filium qui memphim in egypto condidit ex cassiotha vxore. precessit filiam libiam que postea in affrica regnum possedit. Cuius ex nomine terra libia est nuncupata. Incipit autē a finibus egypti

pti pergens iuxta meridiem per ethyopiam vsq; ad  
atolantem montem: A septentrionali parte vero me-  
diterraneo mari cōiuncta claudit: & in gaditaneū  
fretu; finit. Actor: Est aut illa pars mūdi que affri-  
ca dicitur minor spacio q̄ asia vel europa: sed p̄ sua  
quantitate ditior est: & mirabilior in qualitate: Nā  
in auro & gemmis ditissima est: similiter i frugib;:  
fructibus & oliuis. Mirabilissimas etiā p̄ducit be-  
stiarum & hominū species & figuras. Solis ardori-  
bus p̄ aliis terris exurit. Variis oceani etiā; fini-  
bus intercipiē arenarum cumulis sterilis in multis  
partibus efficit: & a satyris tigrilibus & aliis horren-  
dis bestiis possidet. Isidorus. Habet aut affrica p̄  
uincias libiam cyrenensem: Pentapolim: Tripolim  
Bisantium: Carthaginem: Numidiam: Mauritaniam:  
Tingitaniam: & circa solis ardorem ethyopiaz  
Libia cirepensis in parte affricę prima ē a cyrene vr-  
be metropoli que est in eius finibus nūcupata. Hu-  
ic ab oriente egyptus est. Ab occasu sirtes maiores  
& trogodite: A septentrione mare libicum: A meri-  
die ethyopia & barbaroz; varie nationes: & solitu-  
dines inaccessibiles que etiā basiliscos serpentes cre-  
ant. Pentapolis greca lingua a quin; vrbibus ē nū-  
cupata: id est a berenice cyrene centria appollonia:  
ptolomaida: Ex quibus ptolomaida & berenice a  
regibus nominate sunt. Est aut pentapolis libie cy-  
renensi adiuncta & eius finibus deputata. Tripoli-  
tanam quoq; prouinciaz greci sua lingua signat de  
numero triū magnarum vrbium: ocea: fabreta: lep-  
tis magna. Actor. Tripolitana regio est duplex.  
Vna est i fenice dicta a tripoli ciuitate famosissima.  
que totius patrię in circumitu p̄pter nimiam sui for-  
titudinem est defensio & munimen. Alia vero ē in  
affrica inter pentapolim & bisantium a tribus mag-  
nis vrbibus sic vocata scilicet vt iam dictum est.  
Isidorus. Bisacena regio ex duob; nobilissimis op-  
pidis nomen sortita est: ex quibus vna adrometus  
vocatur: Altera bisantium: hec sub tripoli est patēs  
passuum ducentoz; vel amplitudinis milia: secūda  
oleis & glebis: ita p̄pinguis vt iacta ibi seminis in  
crementa pene centesima fruge renascantur. Zeu-  
gis vbi Carthago magna: ipsa ē & vera affrica in  
bisantium & numidia sita: A septentrione mari Si-  
culo iuncta: & a meridie vsq; ad getulorum regio-  
nem porrecta: cuius proxima queq; frugifera sunt:  
Vteriora aut bestiis & serpentibus plena atq; ona-  
gris magnis in desertū vagantibus. Getulia autē af-  
frice pars mediterranea est. Actor. Getulia affricę  
est puincia a grecis: qui scilicet de grecoz; processerunt  
reliquis dicta. Qui ingenti ammodo congre-  
gato nauigio vsq; ad libie ptes proueniunt: & ibi  
ledes suas vsq; hodie posuerunt. Et quia ex gothis  
venerūt getbuli nuncupati sunt: Et ideo est opinio  
apud grecos Mauros ex illa gente sibi esse consan-  
guineos et propinquos. Isidorus. Numidia ab in-  
colis passim vagantibus sic est vocata: q̄ nullā cer-  
tam habent sedem. Nā lingua eorum incerte sedes

& vage numidie dicunt. Incipit aut a flumine arui-  
saga: & in tingitaneum litem definit: regio cāpis  
prepinguis: vbi aut siluestris est feras educit: vbi iu-  
gis ardua equos & onagros p̄creat. Eximio etiam  
marmore p̄ditatur quod numidicum dicit. Ha-  
bet aut vrbes precipuas ypponem: Regium: & ruf-  
sica dā als fuscadā. Plinius libro. v. Numidia meta-  
gonitis terra a grecis ē appellata: Numide vero no-  
mades a p̄muradis papilionibus maspalia sua: hoc  
est domus plaustris circūferentes: Oppida: Collu-  
rus: Ichade: Ab ea ad quadraginta octo milia passu-  
um in mediterraneo. Colonia cirtba sicianorū co-  
gnomine: & alia intus sicca: liberuz; quoq; oppiduz;  
bulla rege. Et in ora tacatua hippo regius: flumen  
armua Oppidum tachabracha ciuium romanorū  
Tusta fluuius numidie finis. nec preter marmoris  
numidici ferarūq; puentum aliud insigne.

Iterum de eodem: CA. XV

**Q**Auron greci nigrum vocant: Sicut ergo  
gallia a candore populi: ita Mauritania a  
nigro nomen sortita est. Cuius prima pro-  
uincia mauritania. Sitifensis est que sitifi habuit op-  
pidum: a quo & vocabulum regio traxisse p̄hibet  
Mauritania vero cesariensis colonie Cesarie ciuitas  
fuit: & nomen puincie ex eo datum. Vtreq; em̄ p̄  
uincie sibi coniuncte. Mauritania: tingitania atin-  
gi metropolitana huius puincie ciuitate vocata ē.  
Regio gignens feras simcas & dracones & strutio-  
nes: olim etiam & elephantis plena fuit: quos sola  
nūc india parturit. Garamantis regionis caput Ga-  
rama oppidum fuit. Est aut inter cyrenensem & ety-  
opiam: vbi est fons qui friget calore diei & calet fri-  
gore noctis. Ethyopia dicta est a calore populorū;  
quos solis vicinitas torret. Deniq; vim sideris p̄dit  
boim color. est em̄ ibi iugis estus: nā quicquid ei ē  
sub meridiano cardine est. Circa occidū aut mon-  
tuosa est: arenosa in medio. Ad orientem vero pla-  
gam deserta. Cuius situs ab occiduo atblātis mon-  
tis ad orientem vsq; in egypti fines porrigit. A meri-  
die oceano. A septentrione nilo flumine clauditur  
Plurimas habens gentes diuerso vultu & monstrosas  
specie horribiles. Ferarū quoq; & serpentū re-  
ferta est multitudine. Illic quippe rinocerota bestia  
& camelopardus: basiliscus: dracones ingentes: ex  
quoz; cerebro gemme extrahunt. Iacinctus & cri-  
sopassus ibi repiunt: cynamomū ibi colligit. Due  
sunt aut ethyopie: vna contra ortum solis: altera cō-  
tra occasum in mauritania. Extra tres aut partes or-  
bis quarta est trans oceanū interior est in meridie:  
que solis ardore incognita nobis est: i cuius finib;  
antipodes fabulose inhabitare p̄duntur. Proxima  
aut hispanie mauritania est: deinde numidia: inde  
regio carthaginensis. Postq; getbuliaz; accepimus:  
postea ethyopiaz; inde loca exusta solis ardoribus.

De insulis oceani quo cingit orbis. XVI

**I**n insule dicte sunt eo q̄ in salo sint. i. in mari  
Ex his quoq; notissime & maxime quas